



Universitätsbibliothek Paderborn

**Johannis Strauchi[i] Jcti Amoenitatum Juris Canonici
Semestria duo**

Johannis Strauchi[i] Jcti Amoenitatum Juris Canonici Semestre alterum -
Cum Indicibus

Strauch, Johann

Jenae, 1674

Cap. XVI. Ad cap. 1. & 2. de pactis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10241

xium dicitur, & Salvitas, die Freyheit/ posterioribus temporibus crucibus undiquaque terminabatur. Ita ambitus Ecclesiae Parochialis Jenensis etiam hodie dicitur ufm Creuz. Et ex Actis dedicationis Ecclesiae S. Martini de Cressanâ anno 1132. ab Arnoldo & Archiepiscopo Narbonensi peractæ probat M. Antonius Dominici. Firmatur etiam ex veteri chartâ, quâ Theobaldus & Odo, Comes Exoldanensis sub Philippo I. Ecclesiae de Musnete securitatem tanto terrarum ambitu definiunt, quanto volantis sagittæ jactu poterit contineri, jubentque ubi quieverit, ibi ex utroque cœli cardine crucem figi. Vide eruditam dissertationem Fabbotti de Treuga & pace, & quem jam citavi M. Ant. Dominici, de treugâ & pace. P. de Marcâ de concord. Sacerd. & Imp. lib. 4. c. 14.

C A P. XVI.

Ad cap. 1. & 2. de pactis.

S U M M A R I A.

1. Capitulum unde petitum. 3. Capitulum 2.

2. Medaura.

**Capitulum
unde peti-
tum.****Medaura.**

PEtitum est capitulum I. ex concilio Africano. Id est ex concilio Carthaginensi Africæ primo, & quidem capite XII. ut rectè notat Contius. In primâ compilatione capitulum sic incipit: *Antigonus Episcopus Matrensis. Lege, Madurensis, Urbs Madura, & Medaura, Appulejipatria. Madurus Ptolemaeo. Olim Episcopalis sub Archiepiscopo Carthaginensi, inter Numidiam & Getuliam, ubi olim literarum gymnasium, ad quod Divus Augustinus se contulit. In concilio ita legitur: Optanius cum se presentaret, paetum mecum habuit, & divisimus plebes. Manuscriptionis nostræ tenentur pittacia. Contum hoc paetum circuit plebes mibi attributas, & usurpat populos, ut illum patrem, me vitricum nominent. Gratus Episcopus dixit: Factum hoc dolendum est, ut in se illiciat populorum imperitorum animas contra disciplinam, contra evangelicam traditionem, contra pacis placitum. Nam si sibi id posse contingere arbitraretur, nunquam profecto interfarem aliquis deliqueret. Unde aut inita paetia suam obtineant firmitatem, aut conventus, si se non cohibuerit, Ecclesiasticam sentiat disci-*

*disciplinam. Universi dixerunt: Pax servetur, paſſa custodian-
tur. Ex his conſtat hypothesis capituli nostri, & corrigi illud in-
de debet.*

In capitulo 2. ad inscriptionem; *Gregorius*, addatur: *Pro Cap. 2.
jecto illustri, ex lib. 7. epift. 60. Registri Gregorii. Epiftola, quam
Gregoriani cur omiferint, non liquet, ita habet ex editione Parisi-
nâ Joh. Parvi, Anni 1518. Quoties in conventionibus quibusdam no-
ſter exspectatur affensus, ne in dubium veniant, quæ geruntur, rati, ea
pro ſecuritate partium debet habitio ſolidare (In registro mendosè:
Ratio ea (ſive eas) pro ſecuritate partium debet habita ſolidare.)
Proinde cognoscentes, quid inter dilectionem tuam & Fantinum de-
fenſorem, ac Rectorem patrimonii (partium, omittitur tamen in e-
ditione Venetâ anni 1504.) Panormitarum convenerit de portionibus
(mendosè, proportionibus, in Veneto) tibi competentibus, in Mas-
ſalenas & ſamanteria, in provinçia Siciliâ (Siciliæ. Venetus) &
in territorio Panormitano, & domo in Panormitana civitate ſitâ,
quam Eccleſia noſtræ dadum titulo donationis obtuleras, noſtrum in
hiſ accommodamus affenſum, atq; omnia ſicut inter vos geſta fuſt per
bujuſ rationis (lege, ratihabitionis) paginam conſirmamus, nec quid-
quam eorum à nobis ſucceſſoribusq; noſtris deduci in irriuum proſte-
mur, quia valde eſt moderationi conueniens, ut quæg; ordinata fue-
rint & deciſa nullâ in posterum debeat refragatione turbari.*

C A P. XVII.

Ad cap. 3. & 4. de pactis.

S U M M A R I A.

- | | |
|---|------------------------------|
| 1. Inſcriptio emendatur. | 3. Capit. IV. cui dirigitur. |
| 2. De his qui ad Eccleſias conſu-
giunt. | 4. Decretalis integra. |

Inſcriptio apud Raymundum eſt: *Idem Januario Epifcopo Ca- Inſcriptio
mlitano. Recte, ut in registro. Compilatio prima: P.E. Jo- emendatur.
banni à partibus Sar. Contius & A. Auguſtinus addunt omissa,
ut & Gregoriani.*

In fine epiftolæ agitur de his, qui ad Eccleſias conſugiunt, De his qui

M quo